



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto surano martyre. Cap[itulum]. cxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

# De sanctis quorum certa dies cele. igno. Fo. cccxi

nocte lectulo iacentis assisterent: subito celi-  
tus lux emissa cellam impleuit: et splendor tante  
claritatis emicuit: ut corda assistentium pa-  
uore perstringeret: atque omne corpus illarum  
obrigesceret. Leperunt namque quasi cuiusdam  
magne multitudinis ingredientis sonus au-  
diri: ostium cellule concitari: ac si intrantium  
turba premeretur: et ingrediendum quidem mul-  
titudinem sentiebant: sed nimietate timoris et  
luminis videre nil poterant. Postmodumque mi-  
ri odoris, fragrantia subsequuta est: ita ut quas  
lux terruerat: odoris refoveret suauitas. Le-  
peratque romula magistrum consolari: et blanda vo-  
ce predicere: quod tunc non esset mortura. Post  
aliquod vero tempus spatium paulatim lux est sub-  
tracta: sed is qui subsecutus est odor remansit  
cum quo et dies secundus ac tertius transit. No-  
cte vero quarta iterum magistrum vocauit: via-  
ticum petiit: et accepit. Et ecce subito in pla-  
tea ante ostium cellule duo chori psallentium  
constiterunt: et sicut se dicebat serus ex voci-  
bus discreuissimae psalmodie cantus dicebant vi-  
ri: et femine respondebant: intra tales cele-  
stes crequias sancta illa anima carne soluta  
est. Quia ad celum ducta: quanto chori psallentium  
altius ascendebant: tanto cepit psalmodia leni-  
us audiri: quousque et psalmodie sonitus et odo-  
ris suauitas elongata finiretur. Hec quarto  
dialogorum capitulo. xvi.

De sancta Tharsilla amica sancti grego-  
rii pape. Cap. cx.



**Tharsilla**

secta beati grego-  
rii pape magni  
amica fuit: de qua  
idem quo supra libro. c. xvij. tra-  
dit quod alias duas sorores su-  
as virtute cotinua orationis:  
grauitate vite: singularitate  
abstinentie: ad culmen sancti  
tatis exereunt. Quicquid visiones felix secundus  
atauis prefati doctoris romane ecclesie anti-  
stes et sanctus apparuit: eaque ad mansionem pe-  
petue claritatis ostendit: et ipsas ad illam inui-  
tauit. Que subsequenti morbo febre correpta  
ad diem peruenit extremum. Cum autem multi  
ad eius obitum conuenientes ipsius lectulum cir-  
cumsisterent: ecce ille subito sursum respiciens:  
iesum venientem vidit: et circumstantibus accla-  
mare cepit: ut recederent: et locum iesu venien-  
ti darent. Quibus in eum: que videbat: intederet  
sancta illa anima e corpore est egressa. Tanta au-  
tem fragrantia miri odoris aspersa est: ut ip-  
sa quoque suauitas ostenderet: illuc iactorem  
suauitatis venisse. Cum autem eius corpus  
ad lavandum esset nudatum: longe orationis  
usu in cubitis et genibus camelorum more in-  
uenta est obdurata cutis excreuisse: et quod

uiuus spiritus eius semper egerit: caro mor-  
tua testabatur.

De sancta Musa virgine. Cap. cxii.



**Musa** virgo  
apud  
urbem roma-  
claruit. De qua  
idem qui su-  
pra libro. iij.  
capitulo. xvij. scribit: quod qua-

dam nocte ei per visionem sancta  
dei genitrix apparuit: et cum  
esset puella parua: cocuas ei in albis vestibus  
puellas ostendit. Quibus cum illa admisceri  
appeteret: sed se eis iungere non auderet:  
beate virginis est voce requisita: an vellet cum  
eis esse: atque in eius obsequio viuere. Et cum  
puella respondisset quod sic: mandatum proti-  
nus accepit: ut nil ultra leue adpuellare age-  
ret: a risu et iocis abstineret: et quod inter eas:  
quas viderat die. xxx. veniret. Quibus visis  
in cunctis suis moribus: puella immutata est:  
omneque a se leuitatem puellaris vite deter-  
sit. Et dum parentes eam immutatam mira-  
rentur: requisita omnia visa narrauit. Sed post  
xv. diem febre corripitur: die vero. xxx. ad cri-  
tum eidem appropinquant: eadem dei geni-  
trix cum puellis: quas viderat: denuo reuela-  
tur. Cui etiam eam vocanti: aperta voce se ve-  
nire respondit: atque in ipsa locutione. Spiritum  
reddidit: et ex virgineo corpore cum sanctis  
habitatura virginibus exiit.

De sanctis duobus monachis  
martyribus. Cap. cxiii.



**Domonachimarus**

cyres: quorum nomina non habentur  
expressa: in provincia valerie pas-  
si sunt. De quibus narrat gregorius. iij. dia-  
cap. xxi. quod dum essent monachi in quodam mo-  
nasterio: quod per abbatem valentionem regebatur  
et in ipso cenobio longobardi seuietes ve-  
nissent: duos prefatos monachos in ramis vni-  
us arboris suspenderunt. Factoque vesperis:  
utroque spiritus claris illic apertisque voci-  
bus psallere ceperunt: ita ut ipsi quoque eos  
occiderant: cum voces psallentium audiret:  
nimium mirati terrentur. Quas etiam vo-  
ces captiuos omnes: qui illic aderant: audie-  
runt: et eorum psalmodie postmodum testes  
extiterunt.

De sancto surano martyre. Cap. cxiiii.



**Suranus abbas**

et martyr in provincia surana  
passus est. De quo eodem libro. ca-  
p. xxiij. habetur: quod dum esset pa-  
ter cuiusdam monasterii in eadem  
provincia siti: captiuus aduentibus atque a

longobardorum de predatione fugientibus: cum  
 tra que habebat largitus est. Quos vestimen-  
 ta sua et fratrum et cellarum: et quicquid in hor-  
 to haberi potuit in elemosinis consumpsisset:  
 longobardi subito advenierunt: et cum tenuerunt:  
 ac aurum petere inceperunt. Quibus cum  
 nil oino se habere diceret: in monte vicino ab  
 eis ductus est: in quo silua imense magnitudi-  
 nis erat. Ibiq; captivus quidam fugiens in ca-  
 via arborum latitabat: ubi vnus ex illis educto  
 gladio furanum occidit. Vnus corpus dum in  
 terram caderet: mons: ois protinus et silua con-  
 cussa est: ac si ferre non posse pondus sanctita-  
 tis eius diceret terra que tremisset.

De sancto Iusto diacono et mar. Cap. cxiiij.



**Iustus**

diaconus et  
 martyr in mar-  
 tium provin-  
 cia passus est.

De quo predicto li. ca. cxiiij.  
 scribitur: quod vir venerabilis  
 et vite sanctissime fuit. Quae

inuentum longobardi tenuerunt: quorum vnus gla-  
 dio caput eius amputavit. Sed dum corpus  
 eius in terram caderet: ipse qui hunc occiderat  
 immundo spiritu arreptus: ad pedes marty-  
 ris corruit: et quod amici dei interfecerit inimi-  
 co dei traditus ostendit.

De sancto theophanio presbitero. Cap. cxv.



**Theophanius**

presbiterus con-  
 fessor. Quae bea-  
 tus gregorius de  
 nimia sanctitate

comendat centucellenis, v-  
 bis comes fuit: misericordie  
 actibus deditus: bonis operi-  
 bus intentus: hospitalitati pre-  
 cipue studens. Exercendi au-

tem comitatus curis occupatus agebat terre-  
 na et temporalia: sed ut in fine claruit: magis ex de-  
 bito quam ex intentione. Nam cum appropinquante  
 mortis eius tempore grauissima aeris tem-  
 pestas obsisteret: ne ad sepeliendum duci po-  
 tuisset: eumque vrox sua ex hoc grauiter defle-  
 ret: hortatus est illam ne ploraret: quia mortuus  
 defunctus esset: serenitas rediret. Cuius pre-  
 tium vocem mors: et mortem serenitas est  
 secuta. Quod signum alia etiam sunt signa  
 comitata. Nam manus eius et pedes qui po-  
 dagre humore tumentes versi in vulneribus  
 fuerant: et profluente saue patebant: dum  
 corpus eius lauari debuisset sani inuenti sunt:  
 ac si nunquam vulneris aliquid habuissent. Sed dum  
 die quarto post eius sepulturam: iubente vrox  
 re marmor eidem suppositum mutare vellent:  
 tanta ex corpore eius fragrantia emanauit:

ac si ex putrescente carne pro vermibus aro-  
 mata feruissent. Hec gregorius. iij. dialo-  
 go. cap. xxviii.

De sancto Antonio monacho. Cap. cxvi.



**Antonius**

monachus  
 claruit rome  
 in monasterio  
 beati grego-

rii pape. De quo idem doctor  
 libro quo supra capitulo. xl-  
 ix. dicit: quod dum esset vita san-  
 ctissimum quotidianis lachry-

mis ad gaudia patrie cele-  
 stis anhelabat. Quosq; studiosissime et cum  
 magno feruore sacra eloquia meditare: non  
 in eis verba scientie: sed fletum copunctionis  
 inquirebat. Hinc per nocturnam visionem di-  
 ctum est. Paratus esto: et quia dominus ius-  
 sit migra. Cum autem ille non haberet sum-  
 ptus ad migrandum diceret. Responsum pro-  
 rimis audiuit: dicens. Si de peccatis tuis agi-  
 tur: dimissa sunt. Quod dum semel audisset et  
 magno adhuc metu trepidaret: nocte quoque  
 alia in eisdem verbis est admonitus. Et post  
 dies quinq; febre correptus fratribus cum-  
 ctis fletibus et orationibus quieuit in pace. Ad cuius  
 sepulchrum miracula plurima ostensa sunt.  
 De sancto Merolo monacho. Cap. cxvii.



**Merolus monachus**

chus eiusdem cenobii fuit: et  
 eodem tempore claruit de quo  
 ubi supra gregorius scribit: quod  
 dum esset rebeementer lachry-

mis et elemosinis intentus: psalmodia ex ore  
 suo pene nullo tempore cessare consueuerat.  
 Hinc nocturna visione apparuit: quia ex al-  
 bis floribus corona de celo in caput illius de-  
 scendebat. Qui molestia mortis corporis occu-  
 patus: cum magna animi securitate et hilari-  
 tate spiritum emisit. Ad cuius sepulchrum  
 dum post annos. xiiij. petrus quidam abbas  
 sibi sepulturam facere vellet: tanta de sepul-  
 chro meroli fragrantia suauitatis emanauit:  
 ac sic illic florum omnium fuissent odorame-  
 ta congregata. Ex qua re manifeste patuit: quod  
 verum fuerit: quod per nocturnam visionem  
 vidit. Hec gregorius ubi supra.

De sancto Aimone cantuariensi. Cap. cxviii.



**Aimone cantuariensis**

archidiaconus fuit. Qui vite  
 abstinentia et doctrine sa-  
 pientia plurimum claruit. Hic  
 sermones elegantes de christi na-

tivitate: et de pluribus sanctorum festiuitatibus edi-